communib praescriptum quo facto poenas in eisdem statutis et constitutionibus Regni contra tales sanctis ad solvendas quibus Vestrum succubuisse et promeruisse, juridice perductorem et obtentorum citamini. Itaque ad videndum et audiendum supra vobis et bonis Vestris omnibus poenam Bannitionis decerni ad quam publicandam Ministerialem addi Vosque Bannitos in foro publicari et de Regno Poloniae proscribi Ulteriusque contra vos juridice procedi. Judicialiter sitis responsuri Datum in Curia Regia Bransconsi feria Secunda post festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Et post propositionem sugam modo praemisso factam; pars Actorea deducendo parti citatae legitimo de Termino Statuit Ministerialem Generalem Regni Nobilem Simonem Zopinski qui citationis praeinsertae copiam sigillatam ab Una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Zopienie apud Unum citatorum Nicolaum posuisse et ipsi ac alijs citatis officiose publicasse recognovit. Quo sic deducto caeterisque contentis propositionis suae Verificatis petijt citatos ad procedendum compelli. Ex adverso Pars citata allegavit se non teneri ad ferendum onus actionis praesentis nec ad processum siquidem cum ipsis nullam compositionem ratione eiusmodi servitij fecerat eamque non produxerit, praecipue eum processum quem obtinere se allegat producere recusat, petendo se ab eodem cum et illicito tractu Causae praesentis salua ignorantia asserti processus, extra forum competens absentis et in alijs iuris remedijs sibi perstoditt. In oppositum pars Actorea producta quietatione expediti pro citatis de bonis eorum servitij bellici allegavit citatos teneri ad satisfactionem sumptuum et stipendij promeriti non tenerique ad producendum processum quandoquidem citati temere scientes de extraditis citationibus, processu se innodare permiserunt, petijtque vere Etiam exceptionibus illorum [illegible] poenam Bannitionis decerni et publicari, alijs probationibus salvis sibi praecustodientibus. Et Judicium Castrense Bransceen controversijs partium Actoreae personaliter per se, citatae vero per Nobilem Nicolaum Zopinski a se et ab alijs judicialiter factis exauditis et intellectis, teneri Actorem citatis producere processum causae huius censuit. A quo Decreto Actorea pars ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis appellavit. Cui appellationem Judicium hoc idem admisit. Terminumque prosequendae et continuandae eiusmodi appellationis in illis Judicijs Tribunalitijs Regni Lublinensibus. Dum causa praesens ex Regestro publico causarum Palatinatus Podlachiae Districtus Bransconsis ad judicandum legitime inciderit. Parti utrique paratum et peremptorium praefixit et conservavit.

Perki **Libertas**

In Causa et Actione infrascripta judicialiter pertente et mota Inter Instigatorem

Judicij nostri et ipsius Delatorem Nobilem Martianum olim Adami Perkowski in Karpie Perki haeredem Actorem Et Nobilem Joannem olim Stanislai Perkow ski in eadem Perki haeredem citatum Ideo Quia ipse contra Jura Regni quibus complicitas infamium vetita est ausus est cum Nobili Laurentio olim Rostani Dzygowski ex instantia Delatoris per Decretum Judicij Tribunalis Re gni Lublinensis infami pronunciati et publicati ratione domus Actoris invasionis fenestrarum effractionis et vulnerationis ut idem Decretum Latius de praemissis refert conversari et consilio ac victu providere per quod contra Jura excessit et poenam complicitatis incurrit Citatur igitur ad videndam et audiendam super ipso et bonis ipsius poenam compli citatis similis poenae infamiae decerni Et per Ministerialem publicari ac in executione procedi. Citatione ipsa de his latius. Hodierno in termino ex eadem citatione ad praesens legitime proveniente et incidente. Judicium praesens Castrense Capitaneale Bransense controversijs utrarumque partium Actoris per se personaliter citati vero per Nobilem Albertum Krzyzanowski judicialiter factis exauditis et debite intellectis ob antiquam positionem citationis citatum a termino praesenti liberum fecit et pronunciavit. advertet denuo Actor debite si vult.

Falkowskiey Actoreum Motio

Proposuit judicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Bransensi Judicio Instigator Judicij praesentis Suo cum infrascripto Delatore contra infranominatum Citatum ex Citatione literali Castrensi Bransensi tenoris eiusmodi. Franciscus Joannes Leszczynski Bransensis etc Capitaneus Tibi Nobili Paulo Woytkowski ex Omnibus bonis tuis Rigore Regio et Nostra Capitaneali authoritate mandamus Ut in Terminis judicialibus Simul et Querellarum ac Causarum Officij Capitan Castrensis Bransensis Feria Secunda post datam praesentis Citationis primo et proximis in Curia Regia Bransensi Cellebrandis personaliter et peremptorie compareas Ad instantiam instigatoris Judicij Nostri et ipsius Delatoris Nobilis Dorothea con sortis relictae olim Nobilis Pauli Falkowski Actoris qui te citat ad bannien et de Regno Poloniae Dominijsque eidem annexis proscribendum exceo ob non admissam intromissionem per Ministerialem et Nobiles duci apud te officiose affectatam Rigore Actricis perlucrorum in officio praesenti in Causa ideo Quia tu in Contrarium iurium et libertatum Regni quibus Thelonea in Palla tinatu Podlachiae Sunt sublata ausus es in Via libera bonorum Zalesiowo Siliginem Cassulas duas Zalovis Octo Florenorum Polonicalium in Summa cuiusdam iniusti et inusitati thelonei recipere et extorquere prout de facto recepisti et extorsisti per quod in poenam Bannitionis incidisti ad quam